



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opera S. Matris Teresae De Iesu Carmelitarum Discalceatorum et Discalceatarum Fundatricis**

In duas partes distincta

**Teresa <de Jesús>**

**Coloniae Agrippinae, Anno MDCXXVI [erschienen] M.DC.XXVII.**

Cap. XVII. Agit de Monasterij Salmaticensis, à S. Iosepho denominati, & anno M.D.LXX. erecti fundatione: simul & monta quaedam Præpositis tradit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37974**

DE MONASTERII S ALMANTICENSIS à S. IOSEPHO  
*nominati, & anno M.D.LXX. erecti, fundatione; simul & monia que-  
 dam non contemnenda in vsum Præpositarum tra-  
 duntur.*

*Salmantini  
 cenobij in-  
 tit.*

**H**isce duabus foundationibus iam peractis, Toletum mox redi-  
 etiam ad aliquot menses hæñ, quoad usque ea quam dixi, domum  
 coëmeretur, & omnia disposita essent. His ergo dum incumbo, Colo-  
 gij Societatis Iesu Salmanticensis Rector mihi scripsit, operæ præstitam  
 facturam me, si de conuentu quodam Ordinis huius ibidem erigendo  
 cogitarem: ad quod faciendum multis etiam me est rationibus cogita-  
 tatus. Et tamen verò (quod opudum id non vsque adeò opulentum foret  
 monasterio sine vllis stabilibus redditibus ibi fundando animam in  
 pridem auocassem; attamen, alia ex parte considerans, Abulam non  
 nus pauperem esse, nec tamen quid vniquam ibi nostris defuisse (neque  
 enim Deum credo defuturum illis qui ei sincere seruiunt) statui tandem  
 ipsa mecum, illuc Coloniam quamdam ducere; præsertim cum paruum  
 opus habeamus, vt pote tenuiter victitantes, adhæc numero paruum  
 mus, denique manuum nostrarum labore, vt possumus, non  
 stentemus.

Toleto ergo Abulam profecta, iam inde ex eo loco Episcopus  
 tum quidem Salmanticæ præsidebat, facultatem impetrare stitit  
 quod eum P. Rector multa de ordinis huius instituto, quisque modum  
 Deum honos redundaturus esset, coram edocuisset, haud difficulter  
 eam concessit. Porro iam mihi rem constitutam videre, iam monasterium  
 fundatum, Ordinarij impetrata facultate ( prout quidem id  
 mihi facile apparebat ) videbar. vnde quamprimum domum conueni-  
 re studui, quam domicellæ cuiusdam, mihi notissimæ, ad miniculo  
 inueni; etsi non sine difficultate, tum quod appellerem extra tempus  
 quo domus elocari solebant, tum quod eadem ab Academicis non  
 lis incoheretur; qui tñ inde se egressuros sponderent, cum qui eam  
 colerent, appulissent. Nō sciebant illi, cui illa vti destinaretur, hoc  
 que ipsa quam maxime curabam, ne antè quàm adieretur possessio,  
 vlli innolesceret. Iam tum quippe per experientiam noui, qua dicitur  
 contentione elaboraret, vt horum monasteriorum vnus erectionem  
 pediat; esto, ad hoc impediendum, nullam ei sub initium Dominus  
 testatem concesserit. q̄ ipsum omnimodis fundari & exigi velle. Vnde  
 postea tot obortæ sunt contradictiones, & tot molestias nos par-  
 tuit, vt ne quidem modò dum hæc scribo, (esto iam aliquot ab em-  
 datione elapsi sint anni) res penit? peracta sit, & illæ euinci poterunt.

unde mihi persuadeo, in sine in illo Domino obsequium præstari, cum  
diabolus id nulla ratione ferre queat.

Impetrata ergo iam facultate, & domo iam habita, sola Dei nixa  
misericordia (quod illo in loco neminem qui me aliqua in te iuaret,  
habere, cum tamen multis ad domum illam instaurandam mihi opus  
esset illuc vna solum cum comite (quod occultius res perageretur, quod  
certe longè tenebam fatius ac consultius, quam multas mecum comi-  
terallumere, quoadusque perfecta caperetur possessio: quippe memi-  
neram & sciebam, quomodo in Metinensi fundatione mihi res succes-  
sisset, in qua multas me subire difficultates & tribulationes oportuit:  
si quod enim obstaculum & difficultas oriatur, hoc me solam subire  
nisi, ea qua certe carere (socia minimè poteram) profecta sum. Prædie  
ergo festi omnium Sanctorum urbem ingressi sumus, cum nocte præce-  
deret, potissima itineris parte, summam frigoris brumalis inclemen-  
tiam passæ essemus, & satis incommodè dormissemus, ego potio non  
secta valetudine vterer.

Non commemoro, in harum fundationum descriptione, ingentes  
rarum labores & difficultates, quas subinde ob frigus, æstus, & niue  
me subire oportuit. contigit quippe subinde, per integrum diem sine ces-  
satione ningere, subinde, me à via aberrare, alias magnis cum in com-  
modis & febribus per viam luctari: nam ordinarium mihi est (Deo  
suis humilliori, vi valetudine, sed, ad oculum video, Dominum mi-  
hi robor & conatum ad magna suppeditasse. Nonnunquam enim fie-  
bat, ut, cum alicuius cænobii fundandi occasio sese obtulisset, tantis  
tormentis & morbis oppressa essem, ut non parum affigerer; adeo, ut  
nequidem in cella manere posse mihi viderer, quin in lecto iacerem;  
unde, ad Dominum conuersa, apud Maiestatem illius exoptulabam,  
dicens, quomodo me facere vellet id quod exequi nullatenus pote-  
ram: Cæterum Maiestas illius deinde (etsi non sine labore) mihi vires  
suppeditabat: adeo ut per feruorem, nec non anxiam sollicitudinem,  
quam ipse mihi inebat, me ipsius viderer oblita. Certe quantum qui-  
dem iam recordor, namquam ob aliquarum difficultatum metum, vlti-  
mum fundationem omisi; esto magnâ in proficiscendo, (præsertim si lo-  
cus satis distans esset) repugnantiam & contra dictionem sentire; Verùm  
cum me iam in viam dare cepissem, ipsa mihi quam breuissima & nihil  
esse videbatur, præsertim videnti cuiusvis illa nomine susciperetur, con-  
suetudine fore ut illa in domo Dominus laudaretur, & sanctissimum  
Sacramentum poneretur. Etenim singularis cuiusdam mihi consolati-  
onis esto occasio, iam vnum templum amplius videre, dum in mentē  
traherem, quâ multa hæretici passim templa deiciant & euertant. Nescio  
iam

*In eo fundā,  
do qua fue-  
runt contra  
dictiones.*

*S. Matris in  
proficiscendo  
incomoda.*

*Gaudet ob  
templorum  
erectiōnes.*

sanē quem timeri laborem oporteat, quantumuis magnum, si ad-  
mensum, quod inde in Christianum orbem resultat bonum, respici  
habeatur: etenim magna nobis esse deberet consolatio, (quamquam  
multi ad hoc non reflectamus) quod in multis locis Dominus noster  
Iesus Christus verus Deus & homo in sanctissimo altaris Sacramen-  
(vti reuera est) præsens adsit. Certè, sic quoque sapè magnam in eorum  
cōsolationē in me ipsa sentio, cum animas illas tam parvas & minus  
Dei laudibus de canendis occupatas video. Et enim hoc minus  
nemo non potest colligere, cum quod eas in obediendo pro-  
ptissimas, tum in arctissima hac clausura & solitudine mic hilari-  
deat, & si qua se mortificationis exercendæ offerat occasio, in-  
ximopere gaudentes: quin &, vbi maiorem Dominus Provida  
ad in hisce eas rebus exercitandas gratiam concedit, ibi maiore  
rum apparet alacritas & gaudium. Vnde fit, vt magis sese lassent, ubi  
fatigant Præpositæ in illis exercendis, quam ipse in obediendo. Sed  
enim noua ipsi mortificationis exercendæ oriuntur desideria & vici-  
tates.

*Quadā Pri-  
orissis moni-  
ta vna scri-  
buntur.*

Esto id longè sit extra propositum & narrationem fundationis  
qua loqui capi futurum, quadam tamen hic mihi circa materiam mor-  
tificationis occurrentia, referre volo: forsitan, carissimæ, priorissis  
sui esse poterunt; quæ ne mihi fortè per obliuionem excidant, in-  
de scripto volo cōmittere. Sicut enim varia sunt in Superioribus con-  
ta & virtutes, ita & hæ suas per earum viam conducere Motus  
lunt. Quæ enim sensus ac voluntatem bene mortificata habet  
rissa, huic facile videbitur, quidquid ad voluntatem edomandam  
tificandamque alijs imperabit, sicuti id ipsi facile foret, imò solius  
ei etiam difficillimum esset. Hoc ergo spectare nos imprimis oportet,  
vt id quod nobis asperum ac difficile foret, id alijs nunquam impo-  
mus. Discretio quippe permagni est ad bene gubernandum ac  
dum momenti, & huiusmodi in rebus cūptimis necessaria, & per  
rem, plusquam in alijs omnibus (eò quod maior subditarum  
ad interiora, quam exteriora earum, habenda ratio sit. Alia verò  
sita sunt, quæ quod plene sunt spiritu, vellēt suas absiduc orate  
Adeò vt certum sit, Dominum varias habere vias, per quas suos con-  
cat sed notent Præpositæ, ideo eas hic à me non describi vt illæ  
arriidentem eligant, sed vt per regulam ac constitutionum suarum  
suas condeant, esto ipsæ aliud quid facere conitatur, ac  
lent.

*Discretionis  
vires sup-  
rioribus cū  
primis ne-  
cessaria.*

Inci di aliàs in quodam horum monasteriorum in Priorissis  
quod penitentiarum & austeritatum esset studiosa & amica

latio omnes viam conducebat. vnde quodam tempore factum est, vt il-  
 lorum omnes Moniales per spatium quo septem Psalmi Pœnitentiales  
 orationes aliquot recitari possent, sese flagellarent: & alia id genus  
 exercitia usurparent. Ita quoque fit, vt si Priorissa in ora-  
 tione absorpta sit ( esto etiam extra tempus orationis, sed post dictas  
 Matutinas nocturnas ) totus quoq; Conuentus absorptus sit, dum ta-  
 men multo satius foret, vt cubitum concederent. Si verò mortificatio-  
 nis illa studiosa sit, omnia eodem rapiantur commoueantur necesse est:  
 & hęc B. Virginis ouicula, ad instar agnellorum, verbum ad hęc nul-  
 lum dicent, quod profectò non mediocrem in me excitat deuotionem,  
 nec non confusionem, subinde quoque sat magnam tentationem, ete-  
 teros motus, quòd planè in Deum absorptę sint, id minimè intelligunt.  
 Ergo saluti & valedictum illarum timeo, & vellem implerent & serua-  
 rent regulam suam, quam vt seruent satis habebunt quod agant: cetera  
 vero omnia magna cum suauitate peragerentur; præsertim illa quę ad  
 mortificationem spectant, quod sanè permagni est momenti. Vnde per  
 orationem Domini nostri Iesu Christi Præpositas obsecro, vt ad hoc re-  
 flectant & aduertant: hisce enim in rebus discretione vti permagni re-  
 ferunt, & eas vniuscuiusque talenta ac dotes perspectas habere: in quo  
 morando si negligentes fuerint, & non seriatim, ad eò non illis non prode-  
 runt, vt magno opere potius sint ob futura, & non parum inquietudinis  
 reum abus ipsarum allatura. Considerent proinde, mortificationis ex-  
 ercitia non esse obligationis, neue necessaria, vt per hęc ad libertatem  
 quamdam & summam perfectionem anima perueniat: neque ea etiam  
 vniuersimò tempore fieri: sed singulas, pro talenti intellectus & spiritus,  
 quod a Deo acceperit, ratione non nisi paulatim, se iuuare debere. Exi-  
 stebant fortasse, nullo ad hoc intellectu ingenioque opus esse: sed  
 decipiuntur inuenire enim erit tales quę priusquam ipsam perfectio-  
 nem, nec non regulę nostrę spiritum, intelligat, sat diu laborent, & for-  
 tasan erunt hęc, postea alijs sanctiores: nescient enim, quando conue-  
 niat se excusare, aut quando non, & alias id genus minutias: quas si  
 scirent & intelligerent, forsitan facili negotio exequerentur; ne-  
 que etiam eas possunt vilo modo intelligere, imò verò, quod  
 longe deterior, ne quidem ad perfectionem spectare hęc illis viden-  
 tur.

In quodam horum monasteriorum agit Monialis, inter ceteras Dei  
 excelsas, quę in ipsis agunt, satis eminens, & quantum ipsa conijcere  
 possunt, magni spiritus & gratiarum, quas Maiestas ipsius ei præstat,  
 penitentię quoque & humilitatis magnas, quę tamen quędam, quę  
 S. M. Teresę Opera. Ddd in Con-

Priorissa in  
 discreta cõ-  
 ducunt suę  
 per viam  
 qua ipse in-  
 cedunt.

ESIA

ESIA

ESIA

in Constitutionibus præscribuntur, nequaquam intelligit: hinc opas & delicta in Capitulo fateri & accusare, exigua charitatis superesse censet; aitque, quomodo fieri posset, ut sorores ipsa sua delictus rei insimularer? & alia istiusmodi, quorum nonnulla de quibusdam fororibus, insignibus ac feruentibus Dei ancillis, quasque ad rebus multum præcellere video illis, quæ ipsum optimè intelligere referre possem.

Nec est quod Præposita sibi persuadeat, statim se animas suas perspectas habere posse; soli Deo hoc relinquat, qui solus est qui intelligere potest. Sed vnamquamque ea conducere via connitatur. Maiestas illius ipsam conducit, dummodo in obedientia, & Regulam & Constitutiones essentialiter spectantibus aperit non pingat. Virgo illa, quæ se ab undecim Virginum millibus dum martirium obirent subduxit, non propterea desijt Sancta & Martyr esse forsitan, plura quàm aliæ est passa, dùm se postea sola vltro Martyrio circum-

Iam, vt ad cæptum de mortificatione sermonem redeamus, incipit, verbi gratia, Moniali cûpiam Præposita aliquid quò illam hoc mortificet, quod licet in se per exiguum sit, illius tamen respectu graue: & esto ipsam etiam exequatur, ita tamen in quiete in delectata manebit, satius vt fuisset, id ei minimè præceptum fuisse. Vnde cile videre est, Præpositam sedulo aduertere debere, non sibi velle esse in illa Moniali ad perfectione ducenda procedendû, sed diligendū, & sensim, quoad usque Dominus in illa operetur, procedendū. Quod enim ad illius profectum procurandum sit ( hæc enim ratio ni foret, valde bona Religiosa esset) ad illam inquietandam, & rum illius affligendum (quod certè perquam graue est & diuini opere non debet: etenim cum alias socias ita facientes videbit, pariter etiam faciet quod ipsæ, vt de facto in pluribus vidimus contigit) minus, nihilominus, esto hac virtute careat, saluabitur. Non quendam de harum numero: quæ licet tota vita sua admodum

*Non violentor qui ad perfectione ducendus est.*

*Cum imperfectione aliquam acquisiri potest salus.*

*Mortificationes magna subinde feruntur, & non minores.*

& sanctè vixerit, & iam ab hinc multis annis diuersa, eaque eximio mino præstitit obsequia: sæpè tamen imperfectiones quasdam in se experitur, quas nullatenus in se vincere & superare potest, quo etiam ipsa apud me subinde amarissimè expostulat, & ipsam agnoscit. Crediderim sanè Deum in has illam defectus cadere posse (sine peccato tamen: neque enim in illis vllum est) vt se humiliet, simul & occasione habeat agnoscendi non esse se perfectam. Ita fiet, vt nonnullæ magnas, & sensibiles valde mortificationes æquo animo sint acceptura, & quo eæ sensibiliores erunt, & sint futurae acceptiores (quòd ià tum Dominus vires illis in anima

*Theo*

*op*

ad voluntate suam resignanda dederit: alias vero, ac parvas quide  
latura: sint; perinde ac si puerulo quis duas frumenti men  
terendas imponeret, qui non solum eas non ferret, sed se ip  
deret, & sub onere fatiscens in terra cõcideret. Quamobrem ignof  
mibi, carissima (Præposita alloquor) si æquo sim lógior: quæ enim  
quibusdã aliquãdo obseruavi, cur ita in his diffusa sim, in causa sunt.

Alterius quoque rei, quæ non parui momenti est, vos commone  
prosumitur ne quid unquam, esto vel ad obedientiæ periculum  
faciendum fiat, cuiuspiam præcipiatis, quod executioni mandatum, pec  
catorum sit, ne quidem veniale: imò mibi constat, quædam illi peccata  
mortalia futura fuisse, si ipsa opere adimplera fuissent. ipsæ quidem sub  
ceptæ innocentiam suam forsitan saluata fuissent, at non ipsa Præ  
posita: nihil quippe ipsis iniungitur, quod non statim opere ipso exe  
quantur. Audientes enim & legentes, quid sancti Patres in eremo fe  
cerunt, eorumque stupenda obedientiæ exempla, omnia credunt esse  
bona, beneque fieri, quidquid demum ipsis faciendũ mandatur, saltem,  
illa opere & re ipsa exequi, bonum esse arbitrantur. Norint item o  
portet ipsæ subdita, quod peccatũ mortale foret nõ mandatum, nõ posse se  
obtemperare cum iam ipsam à Præposita mandatur, præterquã si iuberet illa  
non audire, aut præscripta ab Ecclesia ieiunia omitttere, aut  
alia huiusmodi: posset enim Præposita sufficientes rationes ad ipsas  
obtemperandas habere: vt, verbi gratia, si malè valeant. At alia  
periculosiora facere, vt sese in puteũ præcipitè dare, & alia id genus, sem  
per malum est, nulla quippe persuadere sibi debet, aut putare, Deũ mi  
sericordiam modo facturum, vt olim cum priscis sanctis faciebat. Ocasio  
nes autem non desunt, in quibus perfecta exerceri obedientia possit: a  
deo quod probò quidquid cum hisce peccandi periculis coniunctũ non e  
st. Cum Monialis quædam, in Conuentu Malagonensi, sese flagel  
lari copiam sibi à Præposita fieri peteret: hæc ei (fortasse quod alia  
idem petissent) ait, *Relinquas me in pace.* cumque Monialis importu  
ras idem peteret, ait hæc, descenderet ad ambulandum, seque sineret.  
Vnde ipsa magna cum simplicitate, ad aliquot horas ambulatum abije  
cit. Præposita de Monialibus quædam ei diceret, cur ita deambularet: aut quid  
faceret. Cui ipsa, id sibi à Superiore iniunctum fuisse ait. Interim cum si  
per ad Matutinas daretur, & Præposita peteret, cur ad eas non abi  
eret, audivit ex illa absentis causam.

Quamobrem (vt iam antè commonui) cautè circumspectèque  
Præpositas procedere oportet cum animabus illis, quasiã re ipsa didice  
ret esse ad obediendũ præptas, & aduertere quid agat. Alia quædam Mo  
nialis Præposita ingere ostendit vermẽ, quã is insignis esset, videret, dicens.

Ddd 2

cui cum

*Nihil on  
quã min  
genã quod  
peccatũ sit.*

*Exemplum  
obedientia  
caca & sim  
pliciu.*

*Item aliud.*

ESIA

222

177

2



cui cum Præposita per iocum dixisset, *Comede ergo illum*: Abijt, et in campo ptimè in sartagine fixit. rogantiq; coquæ. cur sic illum frigeret, respondit illa, *Vt illum edam*. & reuera edere volebat, inscia, nec reuerentiam Priorissæ: itaque sibi valetudinique suæ per multum nocere potuisset. quidem summopere gaudeo, quod in obedientia potius per excusationem videam peccari: etenim singulari quodam modo erga hanc videri afficior. vnde quidquid potui, efficere per me ipsa conata sum, ut illa ipsa magni faciant & in pretio habeant; at parum certè id profuerit, nisi Dominus, per magnam misericordiam suam, gratiam à parte sua disset, vt omnes in genere erga illam afficerentur. Materiam pro illius illam valdè adaugere & perficere, vt semper crescat, depuratur.

CAPVT XVIII.

COEPTAM DE FVNDATIONE CONVENTVS S. ALMONTINI, S. Iosepho dedicati narrationem profertur.

*Sua S. M. cum viri docti agere & commiscare vult.*

Multum certè à proposito meo deflexi: quando enim allocutus sum, quod me Dominus per experientiam docere & docere voluit, non possum illius non mentionem facere: fieri quippe potest id quod bonum esse existimo, de facto bonum etiam sit. Semper videre, carissimæ, viros doctos & peritos vt consulatis: illorum in adminiculo perfectionis viam cum discretione & veritate inuenire. Præpositas proinde necesse est, si rite & prout oportet, officio adhiberi velint, confiteri viris literatis: sin minus, sapè grauissimè committantur errores sanctitatem & virtutem esse: simul & operam dierum, & nocturnales suæ Confessarijs doctis ac peritis confiteantur.

Pridie ergo festi omnium sanctorum, eo quo antè dictum est, no, sub prandium Salmanticam ingressæ sumus. & è diuersione ad euocauimus Nicolaum Gutierrezum, insignem Dei famulum (quem quam duxerat ratione, insignem suis in laboribus & ærumis, quæ ierat plurimos: etenim summa olim in prosperitate vixerat, & vitam in opiam redactus deinde fuit: quam non minori animi feruore, quam aliàs opulentiam: animi pacem & gaudium ad Maiestate acceperat: cui in mandatis dederam, vt è domo de qua inquilini vt emigrarent curaret. Hic porro huic fundationi per dæ post seridè gnauiterque incubuit, idque magna cum deuotione animi promptitudine. Vt autem is ad me venit, narrauit domum ad vacare; neque enim se ab academicis impetrare potuisset.